9 M c

ΚΥΡΙΑΙ ΔΟΞΑΙ,

ΚΑΙ

Ὑποθῆκαι Βιωφελέσταται.

Ἐκ τῶν παλαιῶν Φιλοσόφων, καὶ ἐκ τῶν Δραματικῶν σχεδὸν Ποιητῶν.

PLACITA Principalia,

ET

CONSILIA

Ad benè beatéque vivendum

UTILISSIMA.

E Veterum Philosophorum, & è Dramaticorum ferè Poetarum Scriptis.

Delegit Ediditque Johannes Mapletoft *S. T. P.*
in Gratiam Juventutis Christianæ.

Studiorum Finis Erudita Pietas.

Τοὺς καλοὺς παῖδας ταῦτα δεῖ μανθάνειν, οἷς ἄνδρες γενόμενοι χρήσονται.

Ingenuis Adolescentibus ea sunt perdiscenda, quibus, ubi in viros evaserint, utentur.

Interea Musis Animus, dum mollior, instet;
Et quæ mox imitere, legas: Nec desinat unquam
Tecum GRAIA loqui, tecum Romana Vetustas. *Claud.*

LONDINI,
Impensis *Benj. Tooke* juxta Medii Templi Portam
in vico vulgò vocato *Fleetstreet*. MDCCXVII.

K

22

MVSEVM
BRITAN
NICVM

PRÆFATIO.

MIHI, *de optimâ Puerorum, Juvenumqe Inſtituendorum ratione ſubinde cogitanti, identidem ſuccurrit, ſeptimam ferè illam vitæ (melioris, ſi qa Virgilio fides eſt) partem, qâ Romanorum Græcorumqe dialectis ediſcendis inſudant adoleſcentes, rectiùs & majore cum fructu tradu&tum iri, ſi unà cum Linguarum Elementis, rerum etiam optimarum & apprimè utilium cognitionem & ſtudium teneris cerciſqe adhuc mentibus ſenſim inſtillari curemus.*

Hoc intuitu, (qidni & hâc etiam ſpe dicam?) ea qæ è Græcorum monumentis, ad animos Pietate, ſapientia cæteriſqe virtutibus excolendos imprimis facientia vel Dogmata, vel præcepta, olim (prout ſe obtulerint mihi) in adverſaria conjeceram, qæqe exſcribenda (ſi demùm ita res tulerit) in librorum margine adnotaveram, cœpi in unum qaſi faſciculum compingere.

Ubi verò de hiſce Rei Literariæ Principum ſcitis denuò evulgandis ageretur, operæ pretium viſum eſt, alia plura ejuſdem farinæ

nè à celebratiſſimis illis Ethnicæ Philoſophiæ Coryphæis, Platonem intelligo & Ariſtotelem, adjicere.

Nonnulla quidem, ex horum aliorumque Commentariis excerpta idcirco prolixiora ſunt, quoniam id quod ibi tractabatur, non aliter aut ſatis doceri, aut commodè explicari poſſe videretur, niſi continuatis aliquot periodis. Hâc methodo, Compendium quoddam omnium, quos multos de Re Ethicâ ſcripſit Ariſtoteles, librorum, (ab Authore in eam ferè formam, ut dicitur, olim contractum) paucis paginis exhibetur.

Platonem verò quod attinet, ſummam, non ſemel, eorum Theorematum ſententiolis haud ita multis concluſam habet Lector, (quod præfiſcine dixerim) quæ Dialogi Perſonæ ſtatis interrogandi & reſpondendi formulis, cæteriſque Diſquiſitionum, Socratico more, ambagibus, per totidem ſæpe folia diffuderant. Recténe, an ſecus id perfecerim, Judicium eſto penes Lectorem Φιλοπλάτωνα.

Habent itaque Juvenes (cum his enim mihi res eſt) ſapientiam Ethicam & Civilem non modo luculenter expoſitam, ſed cumulatè laudatam, conſtabilitam, inculcatamque ab omni undiquâque Philoſophorum familiâ. Habent Placita & Conſilia Pythagorica, Academica, Peripatetica, Stoica, qui & Cynica & Epicuræa; & Medica etiam paucula, ab Illuſtribus tàm virtute quàm Arte ſuâ viris Hippocrate & Galeno obiter tradita; quorum effa-

ta

ta noſtri ævi homuncionibus, Impietate, Intemperantiâ, Avaritiâ, aliove fœdo ſive morbo ſive inſaniâ laborantibus, pudorem & ſuî faſtidium vel contemptum incutere poſſint, aut certè debent.

Qinimò, Præter ſupra memoratos, ſunt & alii magni nominis Scriptores, qibus non pauca ex his tàm Decreta qàm Monita accepta referenda ſunt. Plutarchum volo, Epictetum, Simplicium, Arrianumqe (qi illum ſuis commentariis illuſtrârunt) Diogenem Laertium, Marcum Antoninum Imperatorem & Philoſophum, Iſocratem, Hieroclem, Demophilum, Democratem, alioſqe Pythagoricorum Fragmentorum, qæ jam extant, Authores. Viſum eſt etiam Γνώμας *ſeu* Χρείας *ad eundem cum Philoſophorum ſcitis ſcopum collimantes è Poetarum Dramaticorum ferè penu adjicere; è Tragœdiis ſc. Æſchyli, Sophoclis, Euripidis, & è fragmentis Menandri, Comicorum facile Principis, aliqam-multis; Diphili, aliorumqe paucioribus, olim decerptas, editaſqe.*

Faxit Deus Optimus Maximus, ut hic qaliſcunqe noſter Conatus, ad ſui nominis Gloriam; Lectoreſqe ad Pietatis, Continentiæ, Honeſtatis, Modeſtiæqe ſtudium; rerum humanarum contemptum, Cæleſtium amorem; & perpetuam animarum, adeoqe ſalutis æternæ indipiſcendæ Curam, expergiſcendos promovendoſqe aliqatenus conducat valeatqe.

N.B.

Paginæ aliàs vacaturæ placuit Verſiculos ὑπ' ἀπροσδιονύσους illinere.

Ἔχε τὴν Πνευματικὴν Υπόθεσιν τῶν Βιωτικῶν. *Chryſ.*

COntemptorem animum rerum dedit Humanarum
Cui Deus, haud Majus, qod dare poſſet habet:
Omnes hic Mundi illecebras ſibi ſub pedibus dans,
Totum ſe tradit Spe, Fide, Amore Patri:
Nec Caro, falſus Honos, nec Opes, nec purpura Regum
Pectus ſollicitant, omnia cui Deus eſt.
Qid mihi cum ſtrepitu Vitæ, luxuve Potentum?
Qid Genus, aut Titulos? qid peritura crepas?
Tanti es, nec pluris, qanti Deus æſtimat; hîc te
Metire, & pones, Vane, ſupercilium.
Sint meliora mihi, qàm qæ ſtupet anxia Plebes;
Qæro Boni Fontem, qæro & anhelo Deum.
Tu meus eſto Deus; mea, tu Deus, omnia, Solus,
Et præ te ducam cætera pro nihilo.
Ortam Cœlo animam ſolus, qi condidit, explet;
Hic mihi Vita, Salus, omnia ſolus erit.
Ter Fælix, qi humiles curas, mala Gaudia temnens,
Cœlo jam ſatagit mente, Deoqe frui.

Pacem demus animo, quam dabit præceptorum salutarium assidua meditatio; astruge rerum Boni & intenta mens ad unius Honesti Cupiditatem.

N. B. Cùm litera Consonans *q* in omnibus dictionibus Latinis (puto & in aliis Linguis) *u* Vocalem post se trahat, visum est dictam Vocalem non adscribere, nisi in pauculis istis vocabulis, in qibus *u* geminatur, qalia sunt *Equus*, *Propinquus*, &c. ne scilicet frustrà fiat per plura, qod rectiùs fit per pauciora.

ERRATA.

PRæf. p. 3. l. 13. dele *Isocratem*; p. seq. *Vane* l. 16; post *pro nihilo* l. 20 addantur duo seqentia Carmina omissa.

Da Te cernere, amare, seqi; tibi vivere Soli,
Non mihi, non mundo; cætera des aliis.

P. 46. l. 16. ingens spes; p. 57. l. 6. δὸ πᾶσιν; p. 83. l. 13. ἀπολαύσεως; p. 108. l. 24. tuo; p. 110. l. 27. sin; p. 114. l. 19. ob; p. 120. l. 5. assecla; p. 123. l. penult. ἐγκαταλείψω τὴν τάξιν ταύτην ἐφόσον ἂν δύνωμαι· p. 124. l. 24. & in omnibus; p. 156. l. 5. dele ad.

PLACITA PRINCIPALIA:

SEU

Sententiæ Perutiles Philoſophorum.

DANDA eſt imprimis opera ut Adoleſcentes qam optimis moribus imbuantur : Qi enim rectâ Inſtitutione exculti fuerint, in bonos plerumqe omnes evadunt viros.

Non parùm refert ſed permultum, utrùm *ſic* an *ſic* à pueris aſſueſcamus ; imò verò totum in hoc poſitum eſt.

Pius eſto, mi Fili, nam qi Deum ritè colit, optimè philoſophatur.

Viri prudentis eſt & Deo grati ad illud qod in ſe præſtantiſſimum eſt, vitam exigere : Potentiæ enim Rationales ad imperandum aptæ natæ ſunt.

Virtutem à teneris, à teneris pietatem cole ; ita felix vives, gaudénſqe per omnem vitam.

Elige optimum vitæ Inſtitutum, conſuetudine dulceſcet.

Qantò ſatius eſt te aliqibus (*reverà fatuis, ſcilicet*) fatuum videri, qàm improbum eſſe ?

Virtus eſt Ars magna, ſumma & præſtantiſſima omnium diſciplina. Vir-

ΚΥΡΙΑΙ ΔΟΞΑΙ,

Ἢ

Χρεῖαι τῶν Φιλοσόφων.

ΠΡΩΤΟΣ μὲν ὅτι τῶν Νέων πρῶτον ἐπιμεληθῆναι ὅπως ἔσονται οἱ Ἄριστοι· οἱ γὰρ ὀρθῶς πεπαιδευμένοι σχεδὸν ἀγαθοὶ γίνονται. *Plat.*

Οὐ μικρὸν διαφέρει, τὸ ὅτως ἢ ὅτως εὐθὺς ἐκ νέων ἐπίζεσθαι, ἀλλὰ παμπολύ· μᾶλλον δὲ τὸ πᾶν. *Arist.*

Εὐσέβει, ὦ τέκνον, ὁ γὰρ εὐσεβῶν ἄκρως φιλοσοφεῖ.

Πρὸς τὸ κράτιστον τὸ ἐν αὐτῷ ζῆν ἀνδρὸς ὅτι Σοφοῦ καὶ Θεοφιλοῦς. Αἱ γὰρ δυνάμεις αἱ Λογικαὶ φύσει δεσποτικαί.

Ἀρετῶ ἐκ νέας ἄσκει· ἐκ νέας Εὐσέβειαν· καὶ εὖ πράξεις, χαίρων διὰ τοῦ ὅλου τοῦ βίου.

Ἑλοῦ τὸ βίον τὸ ἄριστον. ἡδὺν δέ σοι ἡ Συνήθεια ποιήσει. *Pythag.*

Ὅσῳ κρεῖττον εὐήθη δίκαιον, ἢ πανοῦργον εἶναι;

Ἡ ἀρετὴ πίνυη μεγάλη, μέγιστον μάθημα. *Socr.*

Virtute prædítus omnia ſimul habebis : Vitio autem immerſus, ne te ipſo frueris.

Omnium facinorum fons eſt cupiditas, ſeu præceps animi impetus ; rectè factorum autem prudens deliberatio.

Oportet qemlibet unum eundémqe hominem eſſe vel agere.

Qæ agimus eò referenda ſunt omnia, ut Deo, ſummo Imperatori, grata ſint.

Ea demum juſtitia eſt omnes, qibus valemus, virtutes ad aliorum commoda transferre.

Solus reverà eſt dives, qi ſuâ ſorte contentus eſt.

Cui mediocria non ſufficiunt, huic nihil unqam ſatis erit ; &, cui nihil eſt ſatis, huic nihil turpe videbitur.

Dives vel eſt injuſtus, vel hæres ejus, injuſtus qi fuit.

Arrogantia ex opibus nata, ceu vinum, immutat animos qos poſſedit, & in novos qaſi inebriando transformat.

Temporis, ceu rei omnium pretioſiſſimæ, ratio eſt habenda.

Cura [exercitatio, ſtudium] omnia perficit.

Utiles Sententiæ aculeum qendam animo infigunt.

An non & ego talis ſum ? *Plato ſe interrogabat, qoties mali aliqid de alio diceretur.*

Ea, qæ idcirco diſcimus ut poſtea agamus, peragendo optimè diſcimus.

Diem præſentem non bene tranſegeris, niſi ita tranſigendam ſtatueris, ut qæ tibi ſorte poſtremá illuceſcat. Me-

Ἀρετὴ μὲν ἔχων πάντα ἔξεις· κακίαν δ', οὐδὲ σεαυτόν.

Πηγὴ τῶν ἁμαρτημάτων μὲν ὁ θυμὸς, ὁ δὲ λογισμὸς τῶν κατορθωμάτων.

Δεῖ καὶ τὸ ἄνθρωπον ἕνα γίνεσθαι.

Πάντα φεύγειν χρὴ κατ' ἀναφορὰν τοῦ ἀρέσκειν τῷ ὅπῃ πᾶσι Θεῷ.

Τὸ μὲν χρῆσθαι πάσαις ταῖς ἀρεταῖς εἰς τὸ τοῦ πέλας συμφέρον, τοῦτ' ἔστιν ἡ Δικαιοσύνη.

Μόνος ἐν ἀνθρώποις πλούσιος ὁ αὐτάρκης.

Ὦ ὀλίγον ἔχ ἱκανόν, ἀλλὰ τούτῳ γε οὐδὲν ἱκανόν. Καὶ ᾧ ἱκανὸν οὐδέν, ἀλλὰ τούτῳ γε οὐδὲν αἰσχρόν.

Ὁ πλούσιος ἢ ἄδικος, ἢ ἀδίκου κληρονόμος.

Μεταποιεῖ ὁ ἀπὸ πλούτου τύφος, ὥσπερ ὁ οἶνος, καὶ μεταγεννᾷ τὰς ψυχὰς ἐν αὐταῖς γενόμενος.

Πολυτελέστατον ἀνάλωμα ὁ χρόνος. *Theophr.*

Μελέτη τὸ πᾶν.
Αἱ χρησιμάθειαι κένζον ἐγκαταλείπουσι.

Ἦ που ἆρ' ἐγὼ τοιοῦτος;

Ἃ δεῖ μανθάνοντας ποιεῖν, ταῦτα ποιοῦντες μανθάνομεν.

Οὐκ ἔστι τὸ ἀνεσπευμένην ἡμέραν καλῶς βιῶναι, μὴ προπεπονημένον αὐτοῦ ὡς ἐφάπαξ βιῶναι.

Medicina ſeu Officina medendis Animis inſtructa.

Ab iis qibus nulla eſt virtus Dei nomen fruſtra uſurpatur.

Si qid honeſti peregeris cum labore, labor citò præterit, qod rectè factum eſt ſemper perdurat. Si cum voluptate turpe qid feceris, voluptas ſtatim perit, turpitudo ſemper manebit.

Demophili Similitudines, ſeu vitæ Curatio ex Pythagoreis.

SApientis eſt è vitâ, velut è convivio decorè (*i. e.* lubenter & cum gratiarum actione) diſcedere.

Joco, ſalis inſtar, parcè utendum.

Veſtes talares corpora, opes immoderatæ animos impediunt.

Voluptates, tanqam Sirenes, prætereundæ ſunt ei, qi virtutem, tanqam patriam, viſere cupit.

Victus ægrotantis, & ſtulti animus faſtidii plenus.

Animus ſapientiæ præceptis imbutus, aurigæ ſimilis eſt; nam inſitas nobis cupiditates cohibet, & ad honeſtum redigit.

Ut timidus arma, ita ſtultus opes contra ſeipſum habet, & malo ſuo.

Neqe

Ψυχῆς ἰατρεῖον. *Bibliothecæ Inſcriptio.*

Ἄνδρ' Ἀρετῆς Θεὸς ὄνομα μόνον.

Ἂν τι πρᾶξῃς καλὸν μὴ πόνῳ, ὁ μὲ πόνος οἴχεται, τὸ δὲ καλὸν μένει· Ἂν τι ποιήσῃς αἰσχρὸν μὴ ἡδονῆς, τὸ μὲν ἡδὺ οἴχεται, τὸ δὲ αἰσχρὸν μένει. *Muſon.*

Δημοφίλου ἐκ τῶν Πυθαγορείων ὅμοια, ἢ βίου διεξαγωγεία.

Τὸν πεπαιδευμένον, ὥσπερ ἐκ Συμποσίου, ἐκ τοῦ βίου συγκομισθῆναι δεῖ ἀναλύειν.

Τῷ γαλείῳ, καθάπερ ἀλί, πεφεισμένως δεῖ χρῆσθαι.

Αἱ μὲν πονηρίαι ἐσθῆτες τὰ σώματα, αἱ δὲ ὑπέρμετροι ὄψεις τὰς ψυχὰς ἐμποδίζουσιν.

Δεῖ, ὥσπερ Σειρῆνας, τὰς ἡδονὰς παρελθεῖν τὸν καταπονδύλονθα τῇ ἀρετῇ ἰδεῖν, ὡς παλείδα.

Νοσοῦντος δίαιτα, καὶ ἄφορος ψυχὴ δυσάρεστον.

Ὁ ἐκ φιλοσοφίας νοῦς ἔοικεν ἡνιόχῳ· πρείττω γὰρ τῶν ἐν ἡμῖν ὁρμῶν, ἀεὶ μετάγων αὐτὰς εἰς τὸ καλόν.

Ὁ μὲν δειλὸς καθ' ἑαυτοῦ τὰ ὅπλα, ὁ δ' Ἀνόητος τὰ χρήματα ἔχει.

Neqe ægrotantem aureus lectus, nec ſtultum fortuna ſplendida juvat.

In vitâ, tanqam in Comœdiâ, primum actum adoleſcentia ſuſtinet ; ideo cuncti attento animo eam ſpectant.

Utres inanes ventus, homines autem ſtultos vana de ſe exiſtimatio inflat.

Demophili Sententiæ Pythagoricæ.

MEnte pervigili eſto ; nam animi veternus veræ morti affinis eſt.

Non linguam, ſed opera ſapientis Deus præcipuè æſtimat ; nam ſapiens, etiam cum tacet, Deum honorat.

Nullum donum majus virtute à Deo accipi poteſt.

Durius eſt ſervire affectibus, qàm tyrannis.

In qantum temetipſum ignoras, inſanire te exiſtima.

Præſtat ſæpius cum ſe ipſo, qàm cum externis colloqi.

Si ſemper memineris, qocunqe demum loco anima aut corpus tuum aliqid perpetret, Deum inſpectorem adeſſe ; in cunctis qidem orationibus actionibúſqe tuis vereberis inſpectoris præſentiam, qem nihil latet : Deum verò intimum pectoris hoſpitem habebis.

Illud potiſſimùm bonum eſſe exiſtima, qod cum alio communicatum tibi magis augetur.

Eos præcipuè amicos judica, qi animum potiùs qàm eos qi corpus juvant. Cu-

Οὔτε τ᾽ ἄῤῥωστον ἡ χρυσῆ ὠφελεῖ κλίνη, ἔτε τ᾽ ἀνόητον ὄπισημος εὐτυχία.

Τῦ βίυ, καθάπερ δεάμαλθ. πεῶτον μέρος ὄξίν ἡ νεότης· διὸ πάντες αὐτῆ πεοσέχυσιν.

Τὸς μὴ κενὸς ἀσκὸς τὸ πνεῦμα διΐησι· τὸς δ᾽ ἀνοήτυς ἀνθεώπυς τὸ οἴημα.

Δημοφίλυ Γνώμαι πυθαγορικαί.

Ἄγρυπν. ἔσο κτὶ νῶν· Εὐγενὴς γὰ τῦ ἀληθινῦ θανάτυ ὁ ῥᾳδὶ τῦτον ὕπνος.

Γλῶσσα σοφῦ ὐ πεοπηγυμένως τίμιον ῥᾶδα Θεῷ, ἀλλὰ τὰ ἔργα· Σοφὸς γὰ κὴ σιγῶν τ᾽ θεὸν τιμᾷ.

Δῶεον ἄλλο μεῖζον ἀεετῆς ὐκ ἔστι ῥᾶδα Θεῦ λαβεῖν.

Δυλδύειν πάθεσι χαλεπώτεον, ἢ τυεάννοις.

Ἐφ᾽ ὅσον σαυτὸν ἀγνοεῖς, νόμιζε μαίνεθαι.

Διαλέγεθαι ἄμεινον ἑαυτῷ πλέον, ἢ τοῖς πέλας.

Ἐὰν ἀεὶ μνημονδύῃς, ὅτι ὅπυ ἂν ἢ ἡ ψυχὴ σῦ ἢ τὸ σῶμα ἔεγον ἀποτελεῖ, Θεὸς ἐφέσηκεν ἕφοεος, ἐν πάσαις συ ταῖς εὐχαῖς κὴ πεάξεσιν, αἰδεῖσθαί μὴ τῦ θεωεῦ τὸ ἄλησον. ἕξεις γ᾽ τ᾽ Θεὸν σύνοικον.

Ἡγῦ μάλισα ἀγαθὸν εἶ), ὃ ἑτέεῳ μεταδιδόμενον (οι μᾶλλον αὔξε).

Ἡγῦ μάλισα φίλυς, τὰς ὠφελῦνλας τὴ ψυχῆ, ἢ τὸ σῶμα.

Ἡγῦ

Cujuſvis ſtulti & laudem & vituperium ridiculum ducito: & totam hominis imperiti vitam opprobrium exiſtima, & dedecus.

Da operam ut tui te familiares revereantur potius qàm metuant; nam reverentia exiſtimationem, metus odium conjunctum habet.

Rationem ubique ducem ſeqendo, neqaqam peccabis.

Aliis moleſtus haud facilè ipſe moleſtiis carebit.

Magnam doctrinam exiſtima, qâ ignorantium imperitiam ferre poſſis.

Id perſuaſum habeto, tuas opes non eſſe quas animo reconditas non ſervas.

Fac magna, nil magni promittens.

Animæ robur eſt temperantia: hæc enim vacui affectibus animi lumen eſt. At multò ſatius eſt mori, qàm corporis incontinentia animum offuſcare.

Caduca omnia lubrica ſunt: at ſe ipſo Deóqe niti, id ſolum firmum & ſtabile eſt.

Is ſapiens & Deo charus homo eſt, qi, qantum laboris alii corporis causâ ſuſtinent, tantum ipſe animo impendere ſtudet.

Fieri haudqaqam poteſt, ut unus idémqe & voluptatibus, & corpori, & opibus parandis, ſimulqe Deo vacet: nam qi voluptatibus deditus eſt, idem qoqe ſtudet corpori; at cui corpus curæ eſt, idem profectò & opibus ſtudet; at qi opum ſtudioſus, neceſſariò injuſtus eſt: injuſtus autem & impius eſt erga Deum & iniqus erga homines.

Demo-

Ἡγοῦ πάντος ἀνοήτου καὶ τοῦ ἐπαινον καὶ τοῦ ψόγον καταγέλαστον, καὶ ὅλον τοῦ ἀμαθῶν ὄνειδος εἶναι τὸ βίον.

Θέλε μᾶλλον τὰς συνόντας αἰδεῖσθαί σε ἢ φοβεῖσθαι· αἰδοῦς μὲν γὰρ σεβασμοῖς σέβας, φόβῳ δὲ μῖσος.

Λόγῳ ἡγεμόνι ἐν πάντι χρώμενον, ἐχ ἁμαρτήσεις.

Λυποῦντα τοῦ πλησίον ῥᾴδιον αὐτὸν ἄλυπον εἶναι.

Μεγάλῳ παιδείαν νόμιζε, δι' ἣν δυνήσῃ φέρειν ἀγνοούντων ἀπαιδευσίαν.

Πέπεισο μὴ εἶναι σὸν κτῆμα, ὃ σοῦ μὴ ἐντὸς διανοίας ἔχεις.

Πεῖρᾶτε τὰ μεγάλα, μὴ ὑπισχνούμενος μεγάλα.

Ῥώμη ψυχῆς Σωφροσύνη· αὕτη γὰρ ψυχῆς ἀπαθὴς φῶς ἔχει. Τελεῖσθαι δὲ πολλῷ κρεῖττον, ἢ δι' ἀκρασίας σώματος τὴν ψυχὴν ἀμαυροῦσθαι.

Ἐπισφαλὴς πάντα τὰ ἐφήμερα· τὸ δὲ ἐφ' ἑαυτῷ οἰκεῖον, καὶ τοῦ Θεοῦ, μόνον βέβαιον.

Σοφὸς ἄνθρωπος καὶ θεοφιλὴς, ὃς, ὅσα οἱ ἄλλοι μισθοῦνται τοῦ σώματος ἕνεκα, τοσαῦτα ἀσκεῖ αὐτὸς ὑπὲρ ψυχῆς πονεῖν.

Φιλήδονον, καὶ φιλοσώματον, καὶ φιλοχρήματον, καὶ φιλόθεον τὸν αὐτὸν ἀδύνατον εἶναι· ὁ μὲν φιλήδονος, καὶ φιλοσώματος· ὁ δὲ φιλοσώματος, πάντως καὶ φιλοχρήματος· ὁ δὲ φιλοχρήματος διὰ ἀνάγκης ἄδικος· ὁ δὲ ἄδικος, εἰς μὲν Θεὸν ἀνόσιος, εἰς δὲ ἀνθρώπους παράνομος.

Δημο-

Democratis Philoſophi aureæ Sententiæ.

SEntentiis hiſce ſi qis aures animúmqe adverterit, multa ille opera viro digna patrabit, multis contrà carebit malis.

Qiſqis animi bona amat, diviniora amat; qi corporis, humana ambit.

Danda eſt opera non ut philoſophos ſimulemus, ſed ut tales reverà vivamus. Neqe enim prodeſt ut ſani videamur aliis, ſed ut nos re ipſâ bene valeamus.

Rerum turpium pœnitentia vitæ ſalus eſt.

Neqe in corpore, neqe in opibus poſita eſt hominum felicitas, ſed in animo recto, & juſtitia.

Infelicior eſt injuriam qi facit, qàm qi ſuſtinet.

Animi magni eſt humaniter ferre ſiqid peccatum fuerit.

Legi, Principi, & Sapientiori cedere pulcrum eſt.

Qi pecuniis facilè vincitur haudqaqam erit juſtus.

Qiſqis eum monet, qi prudentiâ ſe pollere exiſtimat, operam perdit.

Stulti rebus adverſis conflictantes ſapiunt.

Reipſâ atqe opere, non verbis, virtuti ſtudendum.

Præſtat propria, qàm aliena peccata reprehendere.

Bonum eſt non ſolùm ab injuriâ, ſed etiam à voluntate lædendi abſtinere. Im-

Δημοκράτους Φιλοσόφου Γνωμαι Χρυσαῖ.

ΓΝωμέων μὲν τήνδε εἴπις ἐπαΐοι ξυνὸν νόῳ, πολλὰ μὲν ῥέξει θεάματ' ἀνδρὸς ἄξια, πολλὰ δ' φαῦλα οὐκ ἔξει.

Ὁ τὰ ψυχῆς ἀγαθὰ ἐρεόμενος, τὰ θειότερα ἐρέει· ὁ δὲ τὰ σιλφίου, τ' ἀνθρώπινα.

Οὐ σεμνοπροσωπεῖσθαι δεῖ φιλοσοφεῖν, ἀλλ' ὄντως φιλοσοφεῖν· οὐ γὰρ δοκεῖν δεόμεθα τοῦ δοκεῖν ὑγιαίνειν, ἀλλὰ τοῦ κατ' ἀλήθειαν ὑγιαίνειν. *Epicur.*

Μεταμέλεια ἐπ' αἰσχροῖσι πρήγμασι, βίου σωτηρία.

Οὔτε σώμασιν, οὔτε χρήμασιν εὐδαιμονοῦσιν ἄνθρωποι, ἀλλ' ὀρθοσύνῃ καὶ δικαιοσύνῃ.

Ὁ ἀδικῶν τοῦ ἀδικουμένου κακοδαιμονέστερος.

Μεγαλοψυχίη τὸ φέρειν σοφίης πλημμέλειαν.

Νόμῳ, καὶ Ἄρχοντι, καὶ τῷ Σοφωτέρῳ εἶκειν κόσμιον.

Ὁ Χρημάτων σπουδαίως ἥσσων, οὐκ ἄν ποτε εἴη δίκαιος.

Τὸν οἰόμενον νοῦν ἔχειν ὁ νουθετῶν μετανοεῖ.

Οἱ ἀξιώσεις δυσχεραίνοντες σωφρονέουσιν.

Ἔργα καὶ πρῆξιν ἀρετῆς ὁ λόγος ζηλοῦν χρεών.

Κρεῖσσον τὰ οἰκεῖα ἐλέγχειν ἁμαρτήματα, ἢ τὰ ἀλλότρια.

Ἀγαθὸν δὲ τὸ μὴ ἀδικεῖν, ἀλλὰ τὸ μηδὲ ἐθέλειν.

Παιδὸς

Immoderata cupiditate trahi, pueri eſt, non viri.

Nimis vehementes cujuſcunqe rei appetitus etiam ad cætera animum occæcant.

Nihil jucundum admittas, niſi idem ſit conducibile.

Imprudentes aliis parere præſtat, qàm imperare.

Aliena curiosè ſcrutantem propria ignorare turpe eſt.

Arrogantia qædam eſt omnia dicere, nihil audire velle.

Animi divini eſt ſemper aliqid boni cogitare.

Si laudes in te ipſo non agnoveris, palpum tibi obtrudi exiſtimes.

Mundus ſcena eſt, vita tranſitus: veniſti, vidiſti, abiiſti.

Radicati natíqe ex Deo, radici noſtræ inhæreamus: nam & aquarum ſcaturigines, cæteráqe terræ germina ſuccisâ radice ſiccantur & putreſcunt.

E Pythagoræis.

HOneſta qidem velle, & ferre gravia, virtutis eſt proprium.

Nihil eſt aliud prudentia qàm hujus vitæ beatitatis, ſive naturalium hominis bonorum ſcientia.

Rerum divinarum ac præſtantiſſimarum cog-

Παιδὸς ἐκ ἀνδρὸς τὸ ἀμέτρως ὀπτυμεῖν.

Αἱ περί τι σφοδραὶ ὀρέξεις τυφλοῦσιν εἰς τ' ἄλλα ἢ ψυχμύ.

Ἡδὺ μηδὲν ἀποδέχεσθαι, ἢν μὴ συμφέρῃ.

Κρεῖσσον ἄρχεσθαι τοῖς ἀνοήτοις, ἢ ἄρχειν.

Αἰσχρὸν τὰ οἰκεῖα πολυπραγμονέοντα, ἀγνοεῖν τὰ οἰκεῖα.

Πλεονεξίη τὸ πάντα λέγειν, μηδὲν ὃ ἀκέειν ἐνδέλειν.

Θεὸν νῦ τὸ ἀεὶ διαλογίζεσθαι καλόν.

Ἢν μὴ γνωρίζῃς τὰς ἐπαίνους, κολακεύεσθαι ἥγεν.

Ὁ κόσμος σκιὴ, ὁ βίος πάροδος· ἦλθες, ἴδες, ἀπῆλθες.

Ῥιζωθέντες ἐκ Θεῦ καὶ φυέντες, τ αὐτῆς ῥίζης ἐκόμβα· καὶ γὰ ὕδατος πρόκαι, καὶ τὰ ἄλλα φυλὰ τ γῆς, ῥίζης ἀποκρέντα αὐαίνε) καὶ σήπε).

Ἐκ τῆς Πυθαγορείων.

ΤΟ μὲν βελτιῶμεν τὰ καλὰ, καὶ ὑποσκάμεν τὰ δεινὰ, τᾶς ἀρετᾶς οἰκεῖόν ἐντι.

Οὐδὲν μεῖζον ἄτερον ὅτι φρόνασις, εἰ μὴ ὄπασμα τᾶς πρὸς τ βίον εὐδαιμοσύνας, ἢ ὄπασμα τῆς κτ' φύσιν ἀνθρώπω ἀγαθᾶν.

Ἀρχὰ μὲν καὶ αἰτία, καὶ κρατὸς ἐντι τᾶς ἀνθρωπίνας

cognitio, beatitudinis humanæ principium, cauſa, & norma eſt.

Hominis virtus eſt hominis naturæ perfectio. — At virtus decori eſt habitus.

Qocirca mediocritatem perturbationum ſectari debemus: ſiqidem & ſtuporem æqe atqe immodicam perturbationem fugimus, neqe ſupra naturam noſtram loqimur.

Deus eſt principium, medium & finis rerum omnium qæ ſecundùm juſtitiam & rectam rationem perficiuntur.

Magnum & ſecurum eſt habere quod ad vitam frugi ſufficiat, huic nemo invidet, nemo inſidiatur. Qapropter Deo proximè accedere hæc videtur vitæ inſtitutio.

Mundo qidem præeſt Deus; animo mens; vitæ hujus beatitati prudentia.

Virtus ſuâ qidem naturâ eſt benefica & juvandi ſtudioſa; at vitium malefaciendi lædendíqe cupidum.

Ex Hippocrate.

OMni ſtudio, circa res nullo ſtudio dignas, impenſo, ea quæ nullius ſunt prætii ambitiosè contendentes facere, omnes homines vitam diſperdunt, riſu per omnia digniſſimi. Neque tamen quiſquam ipſe ſuam, ſed alter alterius amentiam deridet.

Omnes

πίνας εὐδαιμονίας, ἃ τῆς θείων καὶ πρωτάτων ἐπιγνώσεις.

Ἀρετά ἐστι ἀνθρώπῳ τελειότας φύσεως ἀνθρώπου. — Ἃ δ' ἀρεταί, ἕξις τίς ἐστι τοῦ θέοντος.

Ἀσκητέον ὧν ποτ' αὐτὰν μετεωροπαθίαν ἑαυτῷ. ὡς τότε ἀναλγητον ἐς ἴσον τῷ ἀπαθεῖ φθάσομες, μήτε μέζον φύσεως ἀμετέρας φθεγγόμενοι.

Ὁ Θεὸς ἀρχά τε καὶ τέλος καὶ μέσον ἁπάντων τῆς καλῆς δίκης τε καὶ τ' ὀρθὸν λόγον περαινομένων.

Μέγα καὶ ἀσφαλὲς αὐτάρκεια· ἔπι γὰρ ἔχει τ' φθονήσαντα, ἔπι τ' ἀπολαύσαντα· διὸ καὶ δοκεῖ εἶναι ἐναντιώτατον Θεῷ ἡ δυσχωγή. *Pythagoras.*

Τῶν μὲν νόμων ἀγεῖται ὁ Θεός· τῶς ψυχῶς δ' νόος, τῶς δὲ περὶ τ' βίον εὐδαιμονίας φρόνασις.

Φύσις ἃ μὲν ἀρεταὶ ἀγαθοποιὸς καὶ ὠφελητική· ἃ δ' κακία κακοποιὸς καὶ βλαπτική.

Ἐκ τῆς τοῦ Ἱπποκράτους.

ΠΑ'σῃ σοφίῃ, περὶ τὰ ἀσύδαστα, φιλοτιμεόμενοι φρήσειν τὰ μηδενὸς ἄξια, πάντες ἄνθρωποι τ' βίον ἀναλίσκουσι, γελώτων ἄξια δρηκέοντες. Οὐδεὶς δ' αὐτὸς τ' ἰδίης ἀνοίης, ἀλλὰ ἄλλος ἄλλε καταγελᾶται.

Omnes eqidem animi morbos vehementes inſanias exiſtimo, qæ opiniones qaſdam, & viſiones ſive imaginationes menti vel rationi imprimunt, à qibus qi per virtutem repurgatus eſt, ſanus tandem evadit.

Intolerabilis pecuniæ cupiditas totam hominum vitam, velut procella hiberna, invaſit ; morbus vel ipſâ inſaniâ gravior & magis inſanabilis ; nam cùm reverà morbus ſit, & maximis homines afficiat malis, beata tamen cenſetur.

Ad bonam valetudinem tuendam nec cibis exaturari oportet, nec detrectare labores ; vel, & temperantiâ opus eſt, & corporis exercitatione.

Ex Galeno.

EGO Conditoris noſtri verum Hymnum compono, exiſtimoqe in hoc veram eſſe pietatem, ut ſi noverim ipſe primus, deinde & aliis expoſuerim, qænam ſit ipſius ſapientia, qæ virtus vel potentia, qalis deniqe & qanta ſit ipſius bonitas. Qod enim ita exornare omnia voluerit, id perfectiſſimæ bonitatis demonſtrationem eſſe ſtatuo ; hoc autem omne inveniſſe qo pacto omnia potiſſimùm adornarentur, ſummæ ſapientiæ eſt ; effeciſſe autem omnia qæ voluit, invictæ ſeu omnipotentis virtutis eſt. *Galenus de uſu partium.*

Con-

Οἶμαι δ' ἔγωγε καὶ τὰ ψυχῆς νοσήματα πάντα μανίας εἶδη σφοδρὰς, ἐμποιούσας δόξας τινὰς, καὶ φαντασίας τῷ λογισμῷ, ὧν ὁ δι' ἀρετῆς ἀποκαθαρθεὶς ὑγιάζεται.

Δι' ὅλου τοῦ ἀνθρώπων βίου, ὡς πυθμὴν χειμερὸν, ἡ ἀφόρητος φιλαργυρία διαδέδωκεν, χαλεπωτέρα μανίας νόσου· ὅτι καὶ μαινομένοις, νόσος ἐστὶ καὶ κακόν.

Ἄσκησις ὑγιείας, ἀκριβὴς τροφῆς, ἀοκνία πόνων.

Ἐκ τοῦ τοῦ Γαλήνου.

ΕΓΩ' τῷ Δημιουργήσαντος ἡμᾶς Ὕμνον ἀληθινὸν Σωτῆρι, καὶ νομίζω τοῦτ' εἶναι τῷ ὄντως εὐσέβειαν, εἰ γνοίην μὲν αὐτὸς πρῶτος, ἔπειτα δὲ καὶ τοῖς ἄλλοις ἐξηγησαίμην, οἷος μὲν ἐστιν ὁ Θεὸς τὴν Σοφίαν, οἷος δὲ τὴν δύναμιν, ὁποῖος δὲ τὴν χρηστότητα· Τὸ μὲν γὰρ ἐνδέλειν ἡμῖν ἄπορία, τὸ τελειοτάτης χρηστότητος ἐγὼ δεῖγμα τίθεμαι· Τὸ δὲ ὡς ἂν μάλιστα κατανοεῖν, πᾶν ἐξευρεῖν, ἄκρας Σοφίας, τὸ δὲ καὶ δρᾶσαι πάνθ' ὅσα προσῆκε, δυνάμεως ἀπτῆτος.

Conditor noſter in partium omnium formatione unum hunc ſcopum ſecutus eſt, nempe ut id quod omnino melius eſſet ſemper eligeret.

Nemo laudare ſatis pro merito poteſt ejus ſapientiam & potentiam, qi animalia fabricatus eſt. Neqe hominum eſt ſapientûm vel ſanorum hoc ad Fortunam opificem revocare.

Opus de uſu partium, & animalis cujuſlibet conſtructio (omnia enim demonſtrant opificis ſapientiam, & mentis qæ in cœlo eſt præcellentiam) perfectiſſimæ Theologiæ verum principium conſtituetur; qæ Theologia multò eſt major, multóqe præſtantior totâ arte medicâ.

Ex Diogene Laertio. Sapientium Conſilia.

MOdus in omnibus optimus eſt.
Aſſueſcere bene de aliis loqui.
Inimicitias qanto ociùs diſſolvere.
Ne qid nimis.
Morum probitatem conſerva qæ vel jurejurando fide ſit dignior.
Honeſta & ſeria jugiter meditare.
Parentibus juſtiora ne velis dicere.
Parere cùm didiceris, imperare ſcies.
Mentem tibi ducem præfice.
Manſuetus ſis in tuos.

Noſce

Ἐν ἅπασιν ὁ Δημιουργὸς ἡμῶν, ἕνα σκοπὸν ἔχει τ διαπλάσεως τῶν μελίων, τ ἔκλεξιν τ κρείττονος.

Οὐδεὶς ἐπαινεῖν ἀ κατ᾽ ἀξίαν τ δημιουργήσαντ. τὰ ζῶα τὴν τε σοφίαν κ τ δύναμιν ἱκανός ἐστι. — Καὶ δὴ ἔστι σωφρονέστων ἀνθρώπων εἰς τύχω δημιουργὸν ζῶντα ἀναφέρειν.

Ἡ μὲν χρείας μελίων περιεργαλεία, κ ἡ τ ζώων κατασκευὴ ὅτι δὴ (πάντα γὰρ ἔνδειξιν ἔχει σοφ δημιουργ κ τ ὑπερσχῆς τ κατ᾽ αὐτὸν νο) Θεολογίας ἀκριβὲς ἀληθῶς ἀρχὴ καταστήσει, πολὺ μείζονός τε κ πολὺ τιμιωτέρα περγματ. ὅλης τ ἰατρικῆς.

Ἐκ τῶν τ Διογένους Λαερτίου. Τῶν Σοφῶν ὑποθῆκαι.

ΜΕ΄τρον ἄριστον.
Γλῶσσαν εὔφημον κεκτῆσθαι.
Ἔχθρας διαλύειν.
Μηδὲν ἄγαν.
Φύλαττε καλοκἀγαθίαν ὅρκῳ πιστεύσαν.

Τὰ σωφρονικὰ μελέτα.
Τῶν γονέων μὴ λέγε δικαιότερα.
Ἀρχεσθαι μαθὼν, ἄρχειν ὀπίσσω.
Νοῦν ἡγεμόνα ποιοῦ.
Τοῖς σαυτ πρᾶγ. ἴδιε.

Noſce teipſum.

Sponde, noxa præſtò eſt.

Opportunitatem noveris.

Celeritatem in loqendo oderis,ne erres ; ſeqitur enim pœnitentia.

Audi multa, loqere tempeſtiva.

Cùm qid boni feceris, Deo, non tibi aſcribito.

Bona res qies, periculoſa temeritas.

Ita te compara, ut parentibus dignus ſis tuis.

Seqere Deum. Impera tibi ipſi.

De bono bene loqitor. Neminem vitupera.

Temporis parcus eſto. Proſpice futurum.

Si qid habes, aliis gratificare.

Philoſophiæ dato operam.

Sapientibus utere amicis.

Ea tantùm age qorum non te pòſt pœnitebit.

Reverere teipſum.

In pueritiâ modeſtus eſto, adoleſcens ſis temperans, ætate adultâ juſtus, ſenex prudens, morere lubens.

Si qis ſibi aſſumpſerit continentiam, qæ eſt prudentiæ conſervatio, perfectam juſtitiæ poſſeſſionem habebit. Sin minùs, multùm errabit, & multa injuſtè aget, partim pecuniæ, partim gloriæ, partim voluptatum gratiâ.

Nihil in vitâ hominis tàm & metu, & ſervitute & perturbatione vacat, qàm recta & bona conſcientia.

Viri optimi & prudentiſſimi parcè loquntur. Linguaces ſi tantum moleſtiæ caperent ipſi, qantâ alios afficiunt, non ita longos traherent ſermones.

Gra-

Γνῶθι σαυτόν.

Ἐγγύα, πάρα δ' ἄτη.

Καιρὸν γνῶθι.

Μίσει τὸ ταχὺ λαγεῖν, μὴ ἁμάρτῃς· μεζάνοια γὰρ ἀκολυθεῖ.

Ἄκυε πολλά, λάλει τὰ καίρια.

Ὅταν ἀγαθὸν πρᾶσσῃς, Θεόν, μὴ σεαυτόν, αἰτιῶ.

Καλὸν ἡσυχία· ὄπισφαλὲς πρηπέτεια.

Σεαυτὸν ἄξιον πρόσκυσαζε τῆ γονέων.

Ἕπυ Θεῷ. Ἄρχε σεαυτῦ.

Τὸν Καλὸν εὖ λέγε· ψέγε μηδένα.

Χρόνυ φείδυ. Ὄρα τὸ μέλλον.

Ἔχων χαρίζυ.

Φιλόσοφος γίνυ.

Σοφοῖς χρῶ.

Περίτλε ἀμεταμέλητα.

Σεαυτὸν αἰδῦ.

Πᾶς ὢν κόσμιος ἴσθι, ἡδῶν ἐγκρατὴς, μέσος δίκαιος, πρεσβύτης εὔλογος, πλούτα ἄλυπος.

Τὴ ζωφροσύνῃ, σωτηρίαν ἔσαν φρονήσεως, ὅταν τις πρασλάβῃ, τελείαν ἔχῃ παρ' ἑαυτῷ τὴ τῆς δικαιοσύνης κλῆσιν. Εἰ δὲ μὴ, σφάλλεται πολλὰ καὶ ἀδικεῖ πολυτρόπως, τὰ μὲν ὑπὲρ χρημάτων, τὰ δὲ ὑπὲρ δόξης, τὰ δὲ ὑπὲρ ἡδονῶν.

Οὐδὲν τῆ κατ' τὸν βίον ἄφοβον, ἐλεύθερον, ἀταράχυ, ὡς ἡ ὀρθὴ καὶ ἀγαθὴ ζωείδησις.

Οἱ κριτικοὶ τῆ ἀνθρώπων βαρυλογώτατοι· οἱ δὲ ἀδολέσχαι εἰ ἠνιῶντο ὡς ἀνιῶσιν, οὐδ' ἂν ἐμαρτύρυν.

Gratias ago beatæ naturæ, (Deo ſcil.) qòd qæ neceſſaria ſunt, fecit facilè parabilia ; qæ verò paratu ſunt difficilia, non neceſſaria. *Epicur.*

Breviſſima ad gloriam via eſt, ut qis reverà bonus fiat.

Statuam exornat habitus, ſeu figura ; virum verò actio viro digna.

Homines tunc fiunt meliores cùm ad Deum accedunt. Habent autem duo hæc qibus Deum referunt ; benefacere aliis, & vera ſemper dicere.

Divitiæ ex uſu metiendæ ſunt ; neqe enim immenſæ poſſeſſiones divitiæ vocandæ, ſed qantis opus eſt rectè uti. Atqe hi ſoli reverà ſunt divites ; cæteri omnes incurabili paupertate laborant ; animi enim morbus eſt avaritiæ, non poſſeſſionum vel facultatum inopia.

Qânam verò juventute non eſt præſtantior viri ſapientis ſenectus ?

Optimum ſenectutis viaticum eſt vivere ſecundùm naturam, agendo ſimul & meditando qæ decet.

Adoleſcentulis loqacioribus ambæ aures in linguam confluxiſſe meritò videntur.

Vir juſtus à perturbationibus maximè eſt liber ; injuſtus verò qàm plurimis exagitatur.

Cùm Cleanthi probro daretur qòd timidus eſſet. At idcirco, inqit, parum pecco.

Cibis vulgaribus parabilibuſqe veſcentes, & aqam ſimplicem potantes, tam ingenii acumine, qàm ſanitate corporis exinde prævalere, affirmavit *Pythagoras.* Ge-

Χάρις τῇ μακαρίᾳ φύσει, ὅτι τὰ μὲν ἀναγκαῖα ἐποίησεν εὐπόριστα· τὰ δὲ δυσπόριστα οὐκ ἀναγκαῖα.

Σωτομωγάπη ἔστιν ὁδὸς εἰς εὐδοξίαν τὸ ἡμέρας ἀγαθόν.

Ἀνδριάντα μὲν τὸ σχῆμα, ἄνδρα δὲ ἡ προαίρεσις ποιεῖ.

Οἱ μὲν ἄνθρωποι τότε γίνονται βελτίους, ὅταν Θεῷ συμπάρεισιν. Ὅμοιον δὲ ἔχουσι τῷ Θεῷ, τὸ εὐεργετεῖν, καὶ τὸ ἀληθεύειν.

Πλοῦτον χρήσει δεῖ μετρεῖν· ἐὰν γὰρ ἡ ὑπὲρ μέτρον κτῆσις, πλοῦτός ἔστιν· τὸ δ' ὅσιος προσηκούσης χρῆσις. Καὶ ἔστι μὲν τῷ ὄντι εὔπορος· οἱ δ' ἄλλοι ἀνίατον πενίαν πένονται· ψυχῆς γὰρ τὸ ἀῤῥώστημα ἡ φιλαργυρία, ἐ κτήσεως.

Ποίας τ' νεότητος ἐ χρεῖττον τὸ τῆς σοφῆς γήρας;

Τὸ τοῦ γήρως ἐφόδιον κράτιστόν ἔστι τὸ ζῆν κατὰ φύσιν, ἃ χρὴ πράττοντα καὶ διανοούμενον.

Τοῖς πολλὰ λαλοῦσι νεανίσκοις τὰ ὦτα εἰς τὴν γλῶτταν συνεῤῥύηκε.

Ὁ δίκαιος ἀταραχότατος, ὁ δὲ ἄδικος πλείστης ταραχῆς γέμει.

Ὀνειδιζόμενος ὁ Κλεάνθης ὡς δειλὸς· διὰ τοῦτο, ἔφη, ὀλίγα ἁμαρτάνω.

Τοῖς εὐπορίστοις τὰς τροφὰς προσφερομένοις, καὶ λιτὸν ὕδωρ πίνουσι, καὶ σώματος ὑγίειαν, καὶ ψυχῆς ὀξύτητα παρεγίνετο, Αὐτὸς ἔφα.

Εὐχρέ-

Generoſiſſimi re ipsâ ſunt qi divitias, gloriam, voluptatem & vitam poſſint contemnere ; & qi contrariis, paupertate, ignominiâ dolore, morte ſuperiores ſunt.

Viro bono nihil repræſentat mali res tenuis : Malo autem divitiæ qàm plurimas adferunt moleſtias.

Nullus hominum, ſed ſolus Deus eſt ſapiens : Philoſophus verò eſt qi ſapientiam amplectitur & colit.

Qàm ſunt multa qibus ego non egeo ? *Socrates in foro mercatorio.*

Otium, vel ſibi vacare, optima eſt omnium poſſeſſio.

Conviciantes, ſi ea dixerint qæ in nobis corrigenda ſunt, nos emendabunt : ſin alia, nihil ad nos. Non mihi maledixit ; mihi enim iſta non adſunt. *Socrates.*

Id confert Philoſophia lucri, poſſe cum omnibus intrepidè atqe animosè verſari. Et qòd, ſi omnes Leges perierint æqè bene ſine legibus viverent qi rectè philoſophantur.

Longè altero præſtantior & major eſt qi poſt jurgium, prior accedit, & inimicitias diſſolvens, in gratiam redire cum amico properat.

Bonum eſt ut ebrii ſe in ſpeculo attentè intueantur, ita enim fiet, ut ab ejuſmodi fœditate & turpitudine impoſterum abhorreant.

Idcirco plurimi ex ſectis aliis ad Epicuræam tranſeunt, nemo verò ex Epicuræis ſe ad aliam confert, qia ſcilicet Spadones ex viris fiunt, nemo verò caſtratus effœminatúſqe, vir denuò fieri poteſt.

In-

Εὐγενέσατοι μὲν εἰσιν, οἱ καλαφρονοῦντες πλούτου, δόξης, ἡδονῆς, ζωῆς· περὶ δὲ ἐνδεῶν ὑφάνω ὄντες, πενίας, ἀδοξίας, πόνου, θανάτου.

Ἀγαθῷ μὲν ἡ πενία οὐδὲν ἰσορεῖ κακόν· πονηρῷ δὲ ὁ πλοῦτος ταραχὰς ἐκ ὀλίγας.

Μηδεὶς μὲν ὄξι ζοφὸς ἄνθρωπος, ἀλλ' ἢ Θεός· Φιλόσοφος δὲ ὁ σοφίαν ἀσπαζόμενος.

Πόσων ἐγὼ χρείαν ἐκ ἔχω;

Ἡ ὁλὴ κάλλιστον κτημάτων.

Εἰ μὲ οἱ λοιδορεῦντές τι περὶ πολιτῶν ἡμῖν κακῶς λέξειαν, διῤῥηθήσαν)· εἰ δ' ὅ, οὐδὲν πρὸς ἡμᾶς· Οὐ μοι λοιδοροῦ)· ἐμοὶ γὰ ὁ πρόσεσι ταῦτα.

Ἐκ φιλοσοφίας τοῦτο παρεγίνε), τὸ δύνασθ πᾶσι παῤῥήσιος ὁμιλεῖν. Καὶ ὅτι, ἐὰν πάντες οἱ νόμοι ἀναιρεθῶσιν, ὁμοίως βιώσονται οἱ φιλοσοφοῦντες ἀληθῶς.

Πολλῷ ἀμείνων ὑπάρχει τοῖν δυοῖν, ὅσπερ ὀργισθεὶς, πρότερος πρόσερχε) κὴ ἔπαυσας διαλύων, ἄρχε) φιλίας.

Τοῖς μεθύσοι καλοπαίζεθαι συμφέρ, ἀποσήσον) γὰ τ τοιαύτης ἀκολασίας.

Πολλοὶ δὴ πρὸς ἄλλων μεταβάλλουσιν εἰς τὸ Ἐπικούρειον αἵρεσιν, ἐκ δὲ πρὸς Ἐπικουρείων οὐδέποτε, ὅτι, ἐκ μὲν ἀνδρῶν Γάλλοι γίνον), ἐκ δὲ Γάλλων ἄνδρες ὐ γίνον).

Μέγα

Ingens malum eſt ferre non poſſe malum.

Duces eos fieri qi nihil bellicarum rerum intelligunt ſolummodò qòd ſint deſignati, perinde eſt ac ſi aſinos eqos eſſe decerneretur. *Diog.*

In vitæ ſtadio currentem non oportet ad finem curſum remittere, ſed potiùs magis intendere. *Diogenes ſuadenti ut jam ſenex parceret ſibi.*

Qæ ſunt reverà pretioſiſſima miniinò væneunt, & è contrà. Chœnix polentæ duobus æreis. Statua verò drachmarum tribus millibus emitur.

Nobilitas, gloria, divitiæ, cæteráqe ejuſmodi, ut plurimùm vitiorum ſunt ornamenta & velamina.

Illi, qi bene & ſapienter vitam inſtituet, diligenter præ cæteris eſt inqirendum, qid malè aut benè, domi ſuæ, in vitâ qotidianâ, geratur. *Socrat.*

Optimè ac juſtiſſimè vivemus, ſi ea qæ in aliis reprehendimus, ipſi non faciamus.

Si qis parentes non nutriverit is ignobilis eſto. Similiter & qi paterna bona decoxerit. *Solon.*

Bona & honeſta ſtudiosè meditare.

Mentem ac rationem ducem ſeqere.

Neqe de proximo, neqe de mortuo unqam aliqid mali dixeris.

Linguam præire animo non permittendum.

Damnum potiùs qàm turpe lucrum eligendum : nam id ſemel tantùm dolori eſt, hoc ſemper.

Qicqid boni egeris, in Deum refer.

Via-

Μέγα κακὸν, τὸ μὴ δυνάσθαι φέρειν κακόν.

Σκαπτῆς γίνεσθαι τὸς μηδὲν μανθάνοντας, μόνον ἢ χειροτονητὰς, ἑαυτὸν ὅτι καὶ τὸς ὄνους ἵππους ψηφίσαιντο.

Δολιχὸν δρόμον μὴ ὃ δεῖ πρὸς τῷ τέλει ἀνεῖναι, μᾶλλον ἢ ὑπτεῖναι.

Τὰ πολλοῦ ἄξια τοῦ μηδενὸς πωλεῖσθαι, καὶ ἔμπαλιν. Χοίνιξ ἀλφίτων δύο χαλκοῦ. ἀνδριὰς δὲ τετρακισχιλίων δραχμῶν.

Εὐχύρεια, καὶ δόξα, καὶ πλοῦτος, καὶ τὰ τοιαῦτα πάντα πρόσκομμάτα ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ τῶν καλῶν.

Τὸν μὴ καλῶς βιωσόμενον πάντων μᾶλιστα ἀναζητεῖν χρὴ, Ὅτι τοι ὃν μεγάροισι κακὸν τ', ἀγαθόν τε τέτυκται.

Οὕτως ἂν ἄριστα καὶ δικαιότατα βιώσαιμεν, ἐὰν ἃ τοῖς ἄλλοις ἐπιμέμφμεθα, αὐτοὶ μὴ δρῶμεν.

Ἐάν τις μὴ τρέφῃ τὸς γονέας, ἄτιμος ἔστω. Καὶ ὁ τὰ παιδία κατεσθίοντας ὁμοίως.

Τὰ ἀναγκαῖα μελέτα.

Νοῦν ἡγεμόνα ποιοῦ.

Μὴ κακολογεῖν τὸς πλησίον μηδὲ τὸν τεθνηκότα.

Τιμὴ γλώττης μὴ πρόσκειν τοῦ νοῦ.

Ζημίαν αἱρεῖσθαι μᾶλλον ἢ κέρδος αἰσχρόν· ἢ μὲν γὰρ ἅπαξ ἐλύπησε, τὸ δὲ δι' ἀεὶ πονηρός.

Ὃ, τι ἂν ἀγαθὸν πράττῃς, εἰς Θεὸν ἀνάπεμπε.

Ἐφόδιον

Viaticum tibi ab adoleſcentiâ ad ſenectutem ſapientiam compara ; ea qippe ſola eſt certa, optimáqe poſſeſſio.

Qi pauciſſimis indiget maximè propinqus eſt Deo, qi nullâ re eget.

Nihil nimis, juvenum eſt virtus præ cæteris.

Unicum eſt bonum ſcientia, malum item unicum inſcitia : opes verò & nobilitas nihil in ſe habent præclari, aut honeſti : ſed è contrà omne ex eis malum oritur. *Socrates.*

Bene incipere parvum non eſt, ſed maximi momenti.

Melius eſt mendicum eſſe qàm indoctum : illi enim pecuniâ tantùm, hi verò humanitate indigent.

Multò majus bonum eſt ea ſolùm, qæ deceat, cupere, qàm omnibus, qæ qiſqam cupiat, frui.

Finis eſt, Deo ſimilem fieri. *Plato.*

Prudentia cauſa eſt ut rectè agantur omnia : Temperantia porrò ad frœnandas cupiditates, ut à nullâ unqam voluptate in ſervitutem redigamur, honeſtéqe vivamus, valet.

Arrogans ſui exiſtimatio, profectûs impedimentum.

Studiorum liberalium amaræ ſunt radices, fructus verò perdulces. *Ariſtot.*

Tribus opus eſt ad capeſcendam doctrinam, ingenio, diſciplinâ, exercitatione.

Tanto differunt eruditi ab indoctis, qanto viventes à mortuis.

Eruditio in rebus proſperis ornamentum eſt, in adverſis refugium.

Paren-

Ἐφόδιον ἀπὸ νεότητος εἰς γῆρας ἀναλάμβανε σοφίαν· βεβαιότερον γὰρ τοῦτο τῶν ἄλλων κτημάτων.

Ὁ ἐλαχίστων δεόμενος ἐγγίζει θεῷ· ὁ γὰρ θεὸς ἀνενδεής.

Τὸ μηδὲν ἄγαν, ἀρετὴ τοῦ νέου ἐστί.

Ἓν μόνον ἀγαθόν ἐστιν ἡ ἐπιστήμη, καὶ ἓν μόνον κακὸν ἡ ἀμαθία· πλοῦτος καὶ εὐγλωσσία σοφὸν ἔχουσι σεμνόν· πᾶν δὲ τἐναντίον, κακόν.

Τὸ εὖ ἄρχειν ἐστὶ μικρὸν, καὶ μικρὸν δέ.

Ἀμεινόν ἐστιν ἐπαίτην, ἢ ἀπαίδευτον εἶναι· οἱ μὲν γὰρ χρημάτων οἱ δὲ ἀνθρωπισμοῦ δέονται.

Πολὺ μεῖζον ἀγαθόν ἐστι τὸ ἐπιθυμεῖν ὧν δεῖ, ἢ τὸ πάντων ἐπιτυγχάνειν ὧν τις ἐπιθυμεῖ.

Τέλος μέν ἐστιν ἡ ἐξομοίωσις τῷ Θεῷ.

Ἡ μὲν φρόνησις αἰτία ἐστὶ τοῦ πράττειν ὀρθῶς τὰ πράγματα· ἡ δὲ σωφροσύνη τοῦ κρατεῖν τῶν ἐπιθυμιῶν, καὶ ὑπὸ μηδεμιᾶς ἡδονῆς δουλοῦσθαι, ἀλλὰ κοσμίως ζῆν.

Ἡ μὲν οἴησις πρόσκομμα ἔγκειται.

Αἱ μὲν ῥίζαι τῆς παιδείας πικραὶ, γλυκεῖς δὲ οἱ καρποί. *Arist.*

Ἡ παιδεία τειῶν δεῖται, φύσεως, μαθήσεως, ἀσκήσεως.

Οἱ πεπαιδευμένοι τῶν ἀπαιδεύτων διαφέρουσιν, ὅσῳ οἱ ζῶντες τῶν τεθνηκότων.

Ἡ παιδεία ἐν μὲν τῇ εὐτυχίας κόσμος ἐστὶν, ἐν δὲ τῇ ἀτυχίας καταφυγή.

Τῶν

Parentes,qi ſolùm generant,vivendi tantùm, qi verò liberos erudiendos curant,bene beatéqe vivendi autores ſunt.

Id nobis ex philoſophiâ redit lucri, ut ſponte ea agamus, qæ alii præ legum metu faciunt.

Non negligenda pars ſunt ſupercilia, poſſunt enim vitam omnem obſcurare.

Nos, cùm vivere incepimus, tunc morimur. Plus autem eſt inanis in vitâ quàm utilitatis. Nihil eſt igitur vanius aut inutilius amore gloriæ.

Ea paranda ſunt viatica, qæ ſimul cum naufrago enatabunt.

Hoc è philoſophiâ lucri eſt, poſſe hominem ſecum verſari, ſecum eſſe, & ad omnem fortunam paratum eſſe.

Diſciplina eſt omnium maximè neceſſaria, mala dediſcere.

Virtus eſt armatura qæ neqit auferri, prudentiaqe murus eſt tutiſſimus.

Doctrina juvenibus ſobrietas eſt, ſenioribus ſolamen, pauperibus divitiæ, divitibus verò decus & ornamentum.

Etiam voluptatis ipſius contemptus jucundiſſimus eſt animo, qi aſſueverit contemnere.

Tam diu philoſophandum eſt,donec videantur duces exercitûs eſſe aſinarii.

Finis eſt ut qis ſecundùm virtutem vivat, divitias, gloriam, nobilitatémqe nihili faciens præ illâ.

Non omne magnum ſtatim eſt bonum, ſed bonum omne magnum eſt.

Nihil

Τῶν γονέων οἱ μόνον μὴ γεννήσαντες τὸ ζῆν, οἱ δὲ παιδεύσαντες τὸ καλῶς ζῆν παρέχοντες.

Ἐκ φιλοσοφίας ἡμῖν περιγίνεται, τὸ Ἀνεπιτάκτως ποιεῖν, ἃ ἄλλοι διὰ τὸ ἀπὸ τῶν νόμων φόβον ποιοῦσιν.

Οὐ μικρὸν μὴν μέρος αἱ ὀφρύες, ὅλῳ γὰρ ἐπισκηπτουσι δυνάσταις τῷ βίῳ.

Ἡμεῖς ὁπότ' ἤρχόμεθα ζῆν, τότ' ἀποθνήσκομεν· τὸ δὲ κενὸν τοῦ βίου πλέον τοῦ συμφέροντος. Οὐδὲν οὕτω ἀλυσιτελέστερόν ἐστι φιλοδοξίας.

Τοιαῦτα δεῖ ποιεῖσθαι ἐφόδια, ἃ καὶ ναυαγήσαντι συγκολυμβήσῃ.

Ἐκ φιλοσοφίας περιγίνεται τὸ δύνασθαι ἑαυτῷ ὁμιλεῖν, καὶ πρὸς πᾶσαν τύχην παρεσκευάσθαι.

Τῶν μαθημάτων ἀναγκαιότατον τὸ καλὰ ἀπομαθεῖν.

Ἀρετὴ ἀναφαίρετα ὅπλα, καὶ ἡ φρόνησις τεῖχος ἀσφαλέστατον.

Παιδεία τοῖς μὲν νέοις σωφροσύνη, τοῖς δὲ πρεσβυτέροις παραμυθία, τοῖς δὲ πένησι πλοῦτος, τοῖς δὲ πλουσίοις κόσμος.

Καὶ τὴ ἡδονῆς αὐτῆς καταφρόνησις ἡδυτάτη προμελετηθεῖσα.

Μέχρι τούτου δεῖ φιλοσοφεῖν μέχρις ἂν δόξωσιν οἱ τραπηζοὶ εἶναι ὀνηλάται.

Τέλος ἐστὶ τὸ κατ' ἀρετὴν ζῆν, πλούτου, καὶ δόξης, καὶ εὐγενείας καταφρονοῦντα.

Οὐκ ἐν τῷ μεγάλῳ τὸ εὖ, ἀλλ' ἐν τῷ εὖ, τὸ μέγα.

Nihil omnium faſtu eſt indecentius ubiqe, maximè verò in adoleſcentibus.

Non tam in vocibus & verbis memoriter ediſcendis, qàm in mente, & re ipſâ ritè capiendâ intendendus eſt animus.

Finis hominis eſt conſentaneè ſuæ naturæ vivere; hoc autem eſt vivere cum virtute: ad eam qippe nos ducit natura.

Similis eſt hæc vita Ludorum celebritati, qemadmodum enim ad hanc alii certaturi, alii negotiaturi, præſtantiſſimi autem ſpectatores veniunt; ita & in hac vitâ viliſſimi qiqe gloriæ aut cupiditatis ſunt mancipia, optimi autem philoſophi, ſcilicet, veritatis ſtudioſi ſunt. *Pythagoras.*

Ita cum hominibus oportet verſari, ut non ex amicis inimicos, verùm ex inimicis amicos reddamus.

Irato neqe aliqid dicere convenit, neqe facere.

Finis eſt lætus & bonus animi ſtatus; in qo animus magnâ & conſtante tranqillitate fruitur, nullo metu, nullâ ſuperſtitione, aut aliâ qâvis perturbatione exagitatus. *Democrit.*

Neqe juvenis qiſpiam philoſophari differat, neqe ſenex philoſophando defatigetur. Omnis enim ætas ad procurandam animæ ſanitatem accommoda cenſeri debet. *Epicur.*

Meditari debemus ea qæ vitam beatam reddant; ſiqidem ſi hæc adfuerit, omnia nobis ſuppetunt; ſi verò non adſit, omnia agimus ut eam conſeqamur.

Omnium

Πάντων ἀφρεπέσαλον ὁ τύφος, καὶ μάλιστα ὅτι τῶν νέων.

Μὴ τὰς φωνὰς καὶ τὰς λέξεις ἀπομνημονεύειν χρὴ, ἀλλὰ τὴν τῶν διανοημάτων τῆς χρείας τὸ νῦν ἀρκεῖσθαι.

Τέλος τὸ ὁμολογουμένως τῇ φύσει ζῆν, οὗπερ ἐστὶ ζῆν κατ' ἀρετήν. Ἄγει γὰρ πρὸς ταύτην ἡμᾶς ἡ φύσις.

Ἔοικεν ὁ βίος τῇ πανηγύρει, ὡς οὖν πρὸς ταύτην, οἱ μὲν ἀγωνιούμενοι, οἱ δὲ κατ' ἐμπορίαν, οἱ δέ γε βέλτιστοι ἔρχονται θεαταί· οὕτως ἐν τῷ βίῳ, οἱ μὲν ἀνδραποδώδεις φύονται δόξης καὶ πλεονεξίας θηραταί, οἱ δὲ φιλόσοφοι, οἱ βέλτιστοι τῆς ἀληθείας.

Οὕτως μὲν ἀλλήλοις ὁμιλεῖν δεῖ, ὡς τοὺς μὲν φίλους ἐχθροὺς μὴ ποιῆσαι, τοὺς ἐχθροὺς δὲ φίλους ἐργάσασθαι.

Ἐν ὀργῇ μήτε τι λέγειν, μήτε πράσσειν δεῖ.

Τέλος ἐστὶν ἡ εὐθυμία ἢ εὐεστὼ, καθ' ἣν γαλήνως καὶ εὐσταθῶς ἡ ψυχὴ διάγει· ὑπὸ μηδενὸς ταραττομένη, ἢ φόβου, ἢ δεισιδαιμονίας, ἢ ἄλλου τινὸς πάθους.

Μήτε νέος τις ὢν μελλέτω φιλοσοφεῖν· μήτε γέρων ὑπάρχων καπάτω φιλοσοφῶν. Οὔτε γὰρ ἄωρος οὐδείς ἐστιν, ἔστε πάλιν πρὸς τὸ τῆς ψυχῆς ὑγιαῖνον.

Μελέταν οὖν χρὴ τὰ ποιοῦντα τὴν εὐδαιμονίαν, ἐπεὶ παρούσης μὲν αὐτῆς, πάντα ἔχομεν· ἀπούσης δὲ, πάντα πράττομεν εἰς τὸ ταύτην ἔχειν.

Omnium eſt initium Bonorum, adeóqe Bonum maximum prudentia; ex quâ cæteræ omnes virtutes oriuntur.

Non poteſt jucundè vivi, niſi prudenter, honeſtè, & juſtè vivatur. Nec qiſqam poteſt ſapienter, honeſtè & juſtè vivere, qin & jucundè vivat. Virtutes enim arctiſſimè conjunguntur vitæ ſuavi, nec jucunda vita ab illis poteſt disjungi.

Opes naturæ & definitæ ſunt & facilè parantur, inanium verò opinionum divitiæ nullum habent terminum.

Nec menſarum ſumptuoſa luxuries, nec aliæ ejuſmodi voluptates vitam nobis jucundam præſtant; ſed ſobria & ſedata ratio, & cauſas perſcrutans cur qæqe vel eligenda vel fugienda ſint; & iſtas opiniones eliminans, è qibus maximus ut plurimum tumultus animas exagitat.

Nihil fermè rei eſt ſapienti cùm fortunâ: qæ verò ſunt illi maxima & præcipua ratio conſtituit.

Pittacus filium admonens ne cum patre in judicio litigaret, dixit filio, Si patre iniqiora dixeris, damnaberis; ſin æqiora, vel ob iſtud ipſum damnari dignus es.

Optimum vitæ inſtitutum cum peſſimo commutare multò eſt laborioſius.

Optimum qidem eſt & Dei proprium, nunqam delinqere. Generoſorum verò hominum, ſtatim ac qis à peccato victus fuerit, reſipiſcere.

Pru-

Πάντων ἀγαθῶν ἀρχὴ, καὶ τὸ μέγιστον ἀγαθὸν φρόνησις, ἐξ ἧς αἱ λοιπαὶ πᾶσαι πεφύκασιν ἀρεταί.

Οὐκ ἔστιν ἡδέως ζῆν, ἄνευ τοῦ φρονίμως, καὶ καλῶς, καὶ δικαίως· οὐδὲ φρονίμως, καὶ καλῶς, καὶ δικαίως, ἄνευ τοῦ ἡδέως. Συμπεφύκασι γὰρ αἱ ἀρεταὶ τῷ ζῆν ἡδέως, καὶ τὸ ζῆν ἡδέως τούτων ἔστιν ἀχώριστον.

Ὁ τῆς φύσεως πλοῦτος καὶ ὡρισται, καὶ εὐπόριστός ἐστιν· ὁ δὲ τῶν κενῶν δοξῶν εἰς ἄπειρον ἐκπίπτει.

Οὐχ ὅπα φέρει πολυτελὴς τράπεζα, οὐδὲ τὸ ἄλλων ἀπολαύσης τὸ ἡδὺ γεννᾷ βίον, ἀλλὰ νήφων λογισμὸς, καὶ τὰς αἰτίας ἐξερευνῶν πάσης αἱρέσεως καὶ φυγῆς, καὶ τὰς δόξας ἐξελαύνων, ἀφ' ὧν πλεῖστος τὰς ψυχὰς καταλαμβάνει θόρυβος.

Βεβαίᾳ σοφῷ τύχη οὐδεμπίπτει· τὰ δὲ μέγιστα καὶ ὠφελιμώτατα ὁ λογισμὸς δίδωκεν.

Πίττακος ὠνειδισμένον ὑφ' ἑαυτοῦ καὶ παντὶ δοκοῦντα, εἶπε πρὸς τὸν υἱόν, Εἰ μὲν ἀδικώτερα μέλλεις λέγειν τοῦ πατρὸς κατακερδήσαι· εἰ δὲ δικαιότερα διὰ τοῦτο αὐτὸ ἄξιον εἶ κατακερδῆναι.

Ζωὴν ἀμείψασθαι χειρίστης τυραννίδος κρατῆσαι ἄμεινον.

Μέγιστον μὲν, καὶ θεοῦ μόνον, τὸ ἀνάλωτον· Γενναῖον δὲ τὸ καὶ μὴ τὸν ἀπὸ τῆς ἁμαρτίας ἄρχειν ἡδονῶν, ἐν τῷ μηδὲν χρῆμα ἀνεγκλήτον.

Prudentiam imprimis exerce: Maximum enim in minimo eſt, bona mens in humano corpore.

Exemplis aliorum ſapere diſcito, & nullo unqam malo afficieris.

Exitus rerum diligenter nos oportet proſpicere, atqe ita demum eas aggredi.

Optimus ſibi præceptor ita qilibet fuerit, ſi qæ in aliis reprehendit, ipſe in ſe qàm ſeveriſſimè reprehendat.

Admoneri tanti meritò eſt faciendum, qanti eſt laudari.

Lingua maledica mentis improbæ indicium eſt certiſſimum.

Seipſum vincere omnium victoriarum prima & pulcherrima: vinci autem à ſeipſo, & turpiſſimum & peſſimum eſt.

Calamitoſo Deus eſto, Dei miſericordiam tibi ad imitandum proponens.

Venia melior eſt vindictâ; hæc enim belluini eſt ingenii, illa verò humani & manſueti.

Eum qi animo tuo benefacit (eum meliorem reddit) ceu Dei tibi miniſtrum, poſt Deum honora.

Vitandæ ſunt prorſus malorum amicitiæ, & bonorum inimicitiæ.

Paupertas multis indiget, at inſatiabilis cupiditas omnibus.

Ita maximè qis dives fieri poteſt, ſi cupiditatum pauper erit. *Socrates.*

Divi-

Μάλιστα τῶν φρόνησιν ἄσκει· μέγιστον γὰρ ὂν ἐλαχίστῳ, Ἀγαθὸς νοῦς ἐν ἀνθρωπίνῳ σώματι.

Ἐν ἀλλοτρίοις παραδείγμασι παίδευε σαυτόν, καὶ ἀπαθὴς τῶν κακῶν ἔσῃ.

Δέον τὰ τέλη τῶν πραγμάτων ἡμᾶς προοράν, καὶ ὅπως τὰ τούτων ἐγχειρήσιν ποιεῖσθαι.

Ἄριστος ἂν τις ἑαυτὸν διδάσκαλος γένοιτο, εἰ ὑπὲρ ὧν ὀπτιμᾶ τοῖς ἄλλοις, καὶ ἑαυτῷ ὀπτιμᾷ μάλιστα.

Μὴ ἔλαττον ἡγοῦ τὸ ἐπαινεῖσθαι τοῦ νουθετεῖσθαι.

Γλῶσσα βλάσφημος διανοίας κακῆς ἔλεγχος.

Τὸ νικᾶν αὐτὸν ἑαυτὸν, πασῶν νικῶν πρώτη καὶ ἀρίστη· τὸ δὲ ἡττᾶσθαι αὐτὸν ὑφ' ἑαυτοῦ, αἴσχιστόν τε καὶ κάκιστον.

Γενοῦ τῷ ἀτυχοῦντι Θεὸς, τὸ ἔλεον τοῦ Θεοῦ μιμούμενος.

Συγγνώμη πτωχείας ἄμεινον, τὸ μὲν ἡμέρου φύσεώς ἐστι, τὸ δὲ ἀνημερώτου.

Τὸν συεργετοῦντά σε εἰς ψυχὴν, ὡς ὑπηρέτην Θεοῦ, μὴ Θεὸν, τίμα.

Φεύγειν δεῖ κακῶν φιλίας, καὶ ἀγαθῶν ἔχθρας.

Ἡ πενία πολλῶν ἐστιν ἐνδεὴς, ἡ δὲ ἀπληστία πάντων.

Οὕτω μάλιστα ἄν τις πλέσθαι δύναιτο, ἐὰν τῶν ὀπτωμένων ἔσται πένης.

Divitiæ inſerviunt magis improbitati qàm virtutibus.

Inſipientes tempus, ſapientes autem ratio à mœrore liberat.

Sapit qi non dolet qòd plura non habeat, ſed iis lætatur qæ jam habet.

Jucundum eſt, ut cum amico bono, ſic etiàm cùm bonâ ratione aut mente, unà ſeneſcere.

Qi in juventute laborem recuſat, in ſenectute erit calamitoſus.

Magis eſt neceſſarium animum qàm corpus ſanare. Præſtat enim mori, qàm malè vivere.

Dei ignoratio mors animæ eſt.

Anima ſapientis aptè Deo conjungitur. Animam verò non mors, ſed mala vita diſperdit.

Vive homo non ſolùm ut edas & bibas, ſed ut vitâ ad beatam vitam qærendam utaris.

Nihil eſt miſerius Magiſtratu vel Præſide, qi ſubditis nihil prodeſt.

Maximum qidem imperium eſt populos regere; optimum verò imperare ſibi ipſi.

E Platone.

DEus ſeu Numen (utì demonſtravit Plato) unus ipſe reverà eſt, & per ſe eſt, & ſemper eſt, Immortalis, undiqâqe perfectus, ſibi ſufficiens, Bonum ipſiſſimum & per ſe, primum

Πλέτ☉ κακίας μᾶλλον ἢ καλοκαγαθίας ἔξιν ὑπηρέτης.

Τὰς ἄφρονας ὁ χρόν☉, τὰς δὲ φρονίμους ὁ λόγος ἡ λύπης ἀπαλλάττει.

Εὐγνώμων, ὁ μὴ λυπέμεν☉ ἐφ' οἷς μὴ ἔχει, ἀλλὰ χαίρων ἐν οἷς ἔχει.

Ἡδύ ἔξιν ὥσπερ φίλῳ σπουδαίῳ, οὕτω καὶ λόγῳ καλῷ συγγενέσθαι.

Νεότης πονεῖν δὴ ἐθέλουσα, πρὸς τὸ γῆρας κακοπραγεῖ.

Ψυχῶν ζώμα☉ ἀναγκαιότερον ἰᾶσθ· τοῦ γὰρ κακῶς ζῆν τὸ τεθνᾶναι κρεῖσσον.

Θεοῦ ἄγνοια, θάνατός ἔξι τ ψυχῆς.

Ψυχὴ σοφοῦ ἁρμόζει πρὸς Θεόν. Ψυχὼ δὲ θάνατος δὴ ἀπόλλυσιν, ἀλλὰ κακὸς βίος.

Ζῆθι ὦ ἄνθρωπε, μὴ μόνον ἵνα φάγῃς καὶ πίῃς, ἀλλ' ἵνα τῷ ζῆν πρὸς τὸ εὖ ζῆν καλῶς χρήσῃ.

Ἄρχοντος μηδὲν τοῦ ἀρχομένου ὠφελοῦντος ἄθλιώτερον.

Ἀρχὴ μὲν ἡ μεγίστη τὸ τῶν λαῶν ἄρχειν, ἡ δὲ κρατίστη τὸ ἄρχειν ἑαυτοῦ.

Ἐκ τῶν τοῦ Πλάτων☉.

Ὁ Θεός, τὸ Θεῖον (ὥσπερ ἀπέδειξεν ὁ Πλάτων) ἔξιν τὸ Αὐτοὸν καὶ τὸ Αὐταεί, Ἀθάνατον, Τέλειον, Αὔταρκες, Αὐτοαγαθόν, πρῶτον Ἀγαθόν, καὶ μάλιστα αἴτιον, τὸ Δημιουργὸν Αἴτιον, Ἀρχιτεκτονικὸν

primum omnium Bonum, & præ omnibus eligendum, cauſa omnium Opifex, Primarius omnium Finis, Principium principiorum, mens & prudentia qædam ſtupenda, omnia diſponens, exornans, gubernans.

Circa omnium regem ſunt omnia, & illius cauſâ omnia ſunt, & ipſe eſt omnium rerum pulchrarum & bonarum cauſa.

Et hæc jure optimo de magnis rebus magna dicere conamur : Qod autem gravius eſt, & maximi momenti omnino ſunt, & prorſus veriſſima.

Fiduciâ ſanè plenus, qod ad animam ſuam attinet, debet eſſe vir ille, qi in vitâ voluptates corporeas, cæteróſqe ornatus ut à ſe alienos, ablegavit contempſitqe ; id verò ſibi negotii dedit, ut animum doctrinâ muniret, eamqe non peregrino ſed ſuo proprióqe ornamento excoleret ; prudentiâ nimirum, temperantiâqe, juſtitiâ, fortitudine, libertate & veritate ; atqe his ſuffultus tempus præſtolatur qo ad plures abeundum eſt, iter illud perlibenter ingreſſurus, qamprimum juſſerit Deus.

Ego his ſermonibus perſuaſus, id mihi maximè diſpiciendum curandumqe cenſeo, ut me judici ſiſtam animo qàm optimè comparato diſpoſitóqe. *Socrates.*

Solus Deus ſapiens eſt, humana verò haud magni, imò nihili planè æſtimanda eſt ſapientia. Atqi omnium eſt ſapientiſſimus, qi, utì Socrates, novit ſe, qod ad ſapientiam attinet, nihili prorſus faciendum eſſe.

Nefas

πικτονικὸν πλῆθος τῶν ὄντων, Ἀρχὴ ἀρχῶν, νοῦς καὶ φρόνησίς τις δαιμονίη ζωογόνησα, διακοσμήσασα, διοικοῦσα καὶ κυβερνῶσα τὰ πάντα.

Περὶ τὸν πάντων βασιλέα πάντ' ἔστι, καὶ ἐκεῖνα ἕνεκα πάντα, καὶ ἐκεῖνο αἴτιον ἁπάντων τῶν καλῶν.

Καὶ ταῦτα εἰκότως περὶ μεγάλων μεγάλα ἐπιχειρεῖν φράζειν. Τὸ δὲ χαλεπώτερον, ὅτι πᾶσι τοῖς καὶ πάντως ἀληθῆ ἔστι.

Θαρρεῖν δὴ χρὴ περὶ τῇ αὐτοῦ ψυχῇ ἄνδρα, ὅστις ἐν τῷ βίῳ τὰς μὲν ἄλλας ἡδονὰς τὰς περὶ τὸ σῶμα, καὶ τοὺς νόμους εἴασε χαίρειν, ὡς ἀλλοτρίους ὄντας· τὰς δὲ περὶ τὸ μανθάνειν ἐπαίδαγέ τε, καὶ νομίσας τὴν ψυχὴν οὐκ ἀλλοτρίαν, ἀλλὰ τῷ αὐτῆς νόμῳ, σωφροσύνῃ τε καὶ δικαιοσύνῃ, καὶ ἀνδρείᾳ, καὶ ἐλευθερίᾳ, καὶ ἀληθείᾳ, ἵνα μετιοῦσα τὴν εἰς ᾅδου πορείαν, ὡς πορευσομένου. ὅταν ἡ εἱμαρμένη καλῇ.

Ἐγὼ μὲν οὖν ἀπὸ τούτων τῶν λόγων πέπεισμαι, καὶ σκοπῶ ὅπως ἀποφανοῦμαι τῷ κριτῇ ὡς ὑγιεστάτην ἔχων τὴν ψυχήν.

Ὁ μὲν Θεὸς τῷ ὄντι σοφός ἐστι· ἡ δὲ ἀνθρωπίνη σοφία ὀλίγου τινὸς ἀξία ἐστὶ καὶ σθένους. Σοφώτατος δὲ ἐστιν, ὅστις, ὥσπερ ὁ Σωκράτης, ἔγνωκεν ὅτι σθένους ἄξιός ἐστι τῇ ἀληθείᾳ περὶ σοφίαν.

Οὐκ

Nefas eſſe arbitror meliorem virum à deteriore qocunqe violari.

Qi rei faciendæ curam gerit & gloriæ & honoris comparandi, ut illa abundantiſſimè ſuppetant ; prudentiæ verò & veritatis, hoc eſt animi ſui, ut qàm optimus evadat, nullam habet rationem, is planè illa qæ maximi ſunt momenti minimi facit, qæ autem viliora ſunt pluris æſtimat.

Unumqemqe ſanè oportet nihil rerum ſuarum priùs procurare, qàm ſedulò operam dederit, ut ipſe vir optimus prudentiſſimuſqe evadat.

Omnis voluptas & ægritudo animum qaſi clavo & fibulâ corpori adfigit, corporeúmqe reddit, ita ut opinetur ea vera eſſe qæcunqe corpus dictaverit.

Cùm conſtat omnino animum eſſe immortalem, grave qidem jam videtur inſtare periculum ſi qis ipſum neglexerit. Nulla autem alia eſt ipſi malorum fuga, nulláve alia ſalus qàm ut optimus & ſapientiſſimus reddatur.

Poſtqam manes ad eum locum pervenerint qò Dæmon unumqemqe deduxerit, primum qidem habitâ qæſtione dijudicantur qi rectè (ſobriè & prudenter) & ſanctè & juſtè vitam traduxerint, & qi longè aliter ſe geſſerint.

Ac proinde iſtos, qi propter ſcelerum magnitudinem & immanitatem prorſus inſanabiles eſſe videantur, utpote qi ſacrilegia, vel cædes injuſtas & illicitas, vel alia qæcunqe ejuſmodi

Οὐκ οἶμαι θεμιτὸν εἶναι ἀμείνονα ἀνδρὸς ὑπὸ χείρονος βλάπτεσθαι.

